

horisque, quando gratiam a deo inspiratam habuerit, legat, quas sue consciencie relin-  
quimus. De restauro plebano pro tempore existenti solvendo ipsum altaristam volumus  
esse absolutum. Ne tamen plebanus suo jure de solucione restauri privaretur, prefatus  
dominus Johannes Lindener ordinavit tres sollidos grossorum annuos census, videlicet de  
5 et super domo dicti Stroßberger triginta grossos ac de et super quodam artificio cultelli-  
fabr[or]um proprie uff dem Sleyffweg ibidem sex grossos loco restauri ipsi plebano omni  
anno esse solvandos, tam diu et quousque prefatus dominus Johannes Lindener vixerit  
in humanis et id suum altare in possessione tenuerit. Eo vero de medio sublato et cum  
id per obitum vel liberam resignacionem vacaverit ac ad predicatorem, ut prenarratum est,  
10 devenerit, volumus, quod ex tunc prout ex nunc predicti tres solidi grossorum annui  
census loco restauri ad prememoratum beneficium videlicet altare apostolorum pretactum  
et ipsius rectorem devenire debent omni impedimento cessante, accedente nobis ad hoc  
consensu honorabilis domini Johannis Monnich plebani apud sanctum Nicolaum ibidem  
in Friberg. Volumus eciam, quando et quocienscunque census — reemi contingat, quod  
15 extunc precium redempcionis ipsorum — de scitu et voluntate collatorum ac ipsius altaris  
reitoris quantocius pro aliis redditibus<sup>h)</sup> sic in futurum quomodolibet ad hujusmodi bene-  
ficiam dandos emendos seu largicione fidelium ac quovis alio modo conferendos dicto  
beneficio extunc prout exnunc confirmamus —. Nulli ergo —. Si quis autem —. Datum  
in castro nostro episcopali Stolpin anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo  
20 septimo, die decima septembris.

## 349.

*Bischof Dietrich von Meissen bestätigt der Kirche ULF zu Freiberg den Besitz der von Kurfürst  
Friedrich II., Burggraf Heinrich von Plauen und andern zu einer Frühmesse und vielen einzeln  
aufgeführten Anniversarien gewidmeten Güter und Einkünfte, nämlich der Dörfer Seifersdorf und  
25 Oberschaar, eines der Kirche gegenüber liegenden Hauses und zahlreicher wiederköpflicher Zinsen  
in und bei Freiberg, trifft Bestimmungen über die Abhaltung jener gottesdienstlichen Handlungen  
und ertheilt denen, die an denselben theilnehmen, einen vierzigtägigen Ablass.*

Stolpen, 1468 Jan. 30.

*Hdschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Freiberg K. 32. Das wohlerhaltene S. an Pergamentstreifen (wie bei No. 341).*

30 Theodericus dei et apostolice sedis gracia episcopus Misnensis ad perpetuam rei  
memoriam. Si nos, qui in fine seculorum vivimus —. Hac igitur pia consideracione per-  
moti superillustris princeps et dominus Fridericus dux Saxonie \*lantgravius<sup>a)</sup> Thuringie  
et marchio Misnensis sacri Romani<sup>b)</sup> imperii archimarschallus ac nobilis et generosus  
Heinricus de Plawin buregravius Misnensis validi ac circumspecti alii que utriusque status  
35 et sexus homines opidi Friberg nostre dyocesis ipsam reginam glorie et matrem dei tanto  
devocius et effectuosius in suis sibi eam necessitatibus gaudent affuisse atque intercessionis  
ejus auxilio sub cerciori fiducia gratiam in presenti et gloriam in futuro tanquam per

348. h) Hier hat der Schreiber mehrere Worte ausgelassen.

349. a) lantgravis. b) Romanii.